

re Michæam filium Iemla.
 10. Rex autem Israël, & Iosaphat rex Iuda sedebant unusquisque in solio suo vestiti cultu regio, in area iuxta ostium portæ Samariæ, & universi prophetæ prophetabant in conspectu eorum.
 11. Fecit quoque sibi Sedecias filius Chanaana cornua ferrea, & ait: Hæc dicit Dominus: His ventilabis Syriam, donec deleas eam.
 12. Omnesque prophetæ similiter prophetabant, dicentes: Ascende in Ramoth Galaad, & vade prosperè, & tradet Dominus in manus regis.
 13. Nuncius verò, qui ierat ut vocaret Michæam, locutus est ad eum, dicens: Ecce sermones prophetarum ore uno regi bona prædicant: sit ergo sermo tuus similis eorum, & loquere bona.
 14. Cui Michæas ait: Vivit Dominus, quia quodcumque dixerit mihi Dominus, hoc loquar.
 15. Venit itaque ad regem, & ait illi rex: Michæa, ire debemus in Ramoth Galaad ad præliandum, an cessare? Cui ille respondit: Ascende, & vade prosperè, & tradet eam Dominus in manus regis.
 16. Dixit autem rex ad eum: Iterum atque iterum adiuro te, ut non loquaris mihi nisi quod verum est, in nomine Domini.
 17. Et ille ait: Vidi cunctum Israël dispersum in montibus, quasi oves non habentes pastorem. * Et ait Dominus: Non habent isti dominum: revertatur unusquisque in domum suam in pace.
 18. (Dixit ergo rex Israël ad Iosaphat: Numquid non dixi tibi, quia non prophetat mihi bonum, sed semper malum?)
 19. Ille verò addens, ait: Propterea audi sermonem Domini: Vidi Dominum sedentem super solium suum, & omnem exercitum cæli assistentem * ei a dextris & a sinistris:
 20. & ait Dominus: Quis decipiet Achab regem Israël, ut ascendat, & cadat in Ramoth Galaad? Et dixit unus verba huiuscemodi, & alius aliter.
 21. Egressus est autem spiritus, & stetit coram Domino, & ait: Ego decipiam illum. Cui locutus est Dominus: In quo?
 22. Et ille ait: Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Et dixit Dominus: Decipies, & præge valebis: * egredere, & fac ita.
 23. Nunc igitur ecce dedit Dominus spiritum mendacij in ore omnium pro-

* Num. 27. 17. Matth. 9. 36.

* Ios. 1. 6.

* Vide Matth. 8. 32. & A. 30. & A. 20. 3.

phetarum tuorum, qui hic sunt, & Dominus locutus est contra te malum.
 24. Accessit autem Sedecias filius Chanaana, & percussit Michæam in maxillam, & dixit: Me ne ergo dimisit Spiritus Domini, & locutus est tibi?
 25. Et ait Michæas: Visurus es in die illa, quando ingrediëris cubiculum, intra cubiculum ut abscondaris.
 26. Et ait rex Israël: Tollite Michæam, & maneat apud Amon principem civitatis, & apud Ioas filium Amelech,
 27. & dicite eis: Hæc dicit rex: Mittite virum istum in carcerem, & sustentate eum pane tribulationis, & aqua angustiae, donec revertat in pace.
 28. Dixitque Michæas: Si reversus fueris in pace, non est locutus in me Dominus. Et ait: Audite populi omnes.
 29. Ascendit itaque rex Israël, & Iosaphat rex Iuda in Ramoth Galaad.
 30. Dixit itaque rex Israël ad Iosaphat: Sume arma, & ingredere prælium, & induere vestibus tuis. Porro rex Israël mutavit habitum suum, & ingressus est bellum.
 31. Rex autem Syriæ præceperat principibus curruum triginta duobus, dicens: Non pugnabitis contra minorem, & maiorem quempiam, nisi contra regem Israël, solum.
 32. Cùm ergo vidissent principes curruum Iosaphat, suspicati sunt quòd ipse esset rex Israël, & impetu factò pugnant contra eum: & exclamavit Iosaphat.
 33. Intellexeruntque principes curruum quòd non esset rex Israël, & cessaverunt ab eo.
 34. Vir autem quidam tetendit arcum, in incertum sagittam dirigens, & casu percussit regem Israël inter pulmonem & stomachum. At ille dixit aurigæ suæ: Verte manum tuam, & eijce me de exercitu, quia graviter vulneratus sum.
 35. Commissum est ergo prælium in die illa, & rex Israël stabat in curru suo contra Syros, & mortuus est vespere: fucebat autem sanguis plage in sinu currus.
 36. & præco insonuit in universo exercitu antequàm sol occumberet, dicens: Unusquisque revertatur in civitatem, & in terram suam.
 37. Mortuus est autem rex, * & perlatu-
 38. * & * laverunt currum eius in piscina Samariæ, & linxerunt canes sanguinem eius,

* Ann. M. 3107.

* Supr. 19.


eius, & habenas laverunt, iuxta verbum Domini quod locutus fuerat.
 39. Reliqua autem sermonum Achab, & universa quæ fecit, & domus eburnea, quam edificavit, cunctarumque urbium, quas extruxit, nōnne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israël?
 40. Dormivit ergo Achab cum patribus suis, & regnavit Ochozias filius eius pro eo.
 41. Iosaphat verò filius Asa regnare cœperat super Iudam anno * quarto Achab regis Israël.
 42. Triginta quinque annorum erat cùm regnare cœpisset, & viginti quinque annis regnavit in Ierusalem: nomen matris eius Azuba filia Salaî.
 43. Et ambulavit in omni via Asa patris sui, & non declinavit ex ea: fecitque quod rectum erat in conspectu Domini.
 44. Verùm tamen excelsa non abstulit: adhuc enim populus sacrificabat, & adolebat incensum in excelsis.
 45. Pacemque habuit Iosaphat cum rege Israël.
 46. Reliqua autem verborum Iosaphat, & opera eius, quæ gessit, & prælia, nōnne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Iuda?
 47. Sed & reliquias effeminatorum, qui remanserant in diebus Asa patris eius, abstulit de terra.
 48. Nec erat tunc rex constitutus in Edom.
 49. Rex verò Iosaphat fecerat classes in mari, quæ navigarent in Ophir propter aurum: & ire non potuerunt, quia contra fracta sunt in Asiongaber.
 50. Tunc ait Ochozias filius Achab ad Iosaphat: Vadant servi mei cum servis tuis in navibus. Et noluit Iosaphat.
 51. Dormivitque * Iosaphat cum patribus suis, & sepultus est cum eis in Civitate David patris sui: regnavitque Ioram filius eius pro eo.
 52. Ochozias autem filius Achab regnare cœperat super Israël in Samaria, anno septimodecimo * Iosaphat regis Iuda, regnavitque super Israël duobus annis.
 53. Et fecit malum in conspectu Domini, & ambulavit in via patris sui & matris suæ, & in via Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israël.
 54. Servivit quoque Baal, & adoravit eum, & irritavit Dominum Deum Israël, iuxta omnia quæ fecerat pater eius.

* Anno M. 3090. Ant. Chr. 914.

Anno M. 3108. 2. Paral. 20. 36.

* Anno M. 3115. Ant. Chr. 889.

* Anno M. 3109. 1. Partim solus, partim cum patre suo.



LIBER QUARTUS REGUM, SECUNDUM HEBREOS MALACHIM SECUNDUS.

HIC LIBER continet res gestas sexdecim Regum Iuda & duodecim Regum Israël. De Elia interea mira quedam prosequitur. Multa insuper addit de Eliseo individuo eius comite & successore. Etque historia 308. annorum; ut in marginibus apparet, & in Chronologia nostra fusiùs clariùsque, Deo iuvante, probabitur.

Atque ita quatuor libri Regum per spatium 569. ann. extenduntur, ab anno scilicet 2848. administrationis Heli sacerdotis 1. quò Anna effundebat animam coram Domino pro Samuele impetrando; ad annum 3416. Sedecia Regis undecimam, quò capti est Ierusalem, incensum templum, & Iuda translatus de terra sua. 4. Regum 25. Idque ab inunctione Saulis 508. ab initio regni Davidis 468. a decem tribuum distractione 388. ab Israëliti regni excidio 134.

Pauca quedam præterea subjiciuntur de morte Godolie; & evectio per Evimerodachum Ioachim: que si præcisè hic spectentur, ad annos prædictos adduc 28. adjicient, ut fiat summa annorum universæ historie his libris comprehensæ 597.

CAPUT PRIMUM.

Ochozias rex Israël super aegritudine sua Beelzebub consulere volens ab Elia increpatur, ac moriturus prædicitur: duos quinquagenarios principes ad Eliam missos ignis caelestis devorat cum ipsorum militibus, tertio principe suâ modestia servato, cum quo Elias ad Ochoziam descendit: cui mortuo, succedit frater Ioram.



Ravaricatus est autem Moab in Israël, postquam mortuus est Achab.

2. Céciditque Ochozias per cancellos cœ-

naculi sui, quod habebat in Samaria, & ægrotavit: misitque nuncios, dicens ad eos: Ite, consulite Beelzebub deum Accaron, utrùm vivere queam de infirmitate mea hac.

3. Angelus autem Domini locutus est ad Eliam Thesbiten, dicens: Surge, & ascende in occursum nunciorum regis Samarie, & dices ad eos: Numquid non est Deus in Israël, ut eatis ad consulendum Beelzebub deum Accaron?

4. Quam ob rem hæc dicit Dominus: De lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. Et abiit Elias.

5. Reversique sunt nuncij ad Ochoziam. Qui dixit eis: Quare reversi estis?

6. At illi responderunt ei: Vir occurrit nobis, & dixit ad nos: Ite, & reverti-

mini ad regem, qui misit vos, & dicetis ei: Hæc dicit Dominus: Numquid, quia non erat Deus in Israël, mittis ut consulatur Beelzebub deus Accaron? Idcirco de lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris.

7. Qui dixit eis: Cuius figuræ & habitus est vir ille, qui occurrit vobis, & locutus est verba hæc?

8. At illi dixerunt: Vir pilosus, & zonâ pellicæa accinctus renibus. Qui ait: Elias Thesbites est.

9. Misitque ad eum quinquagenarium principem, & quinquaginta qui erant sub eo. Qui ascendit ad eum: sedentem in vertice montis. Ait: Homo Dei, rex præcepit ut descendas.

10. Respondensque Elias, dixit quinquagenario: Si homo Dei sum, descendat ignis de cælo, & devoret te, & quinquaginta tuos. Descendit itaque ignis de cælo, & devoravit eum, & quinquaginta qui erant cum eo.

11. Rursùmque misit ad eum principem quinquagenarium alterum, & quinquaginta cum eo. Qui locutus est illi: Homo Dei, hæc dicit rex: Festina, descende.

12. Respondens Elias, ait: Si homo Dei ego sum, descendat ignis de cælo, & devoret te, & quinquaginta tuos. Descendit ergo ignis de cælo, & devoravit illum, & quinquaginta eius.

13. Iterùm misit principem quinquagenarium tertium, & quinquaginta qui erant cum eo. Qui cum venisset, curvavit genua contra Eliam, & precatus est eum, &

& ait: Homo Dei, noli despiciere animam meam, & animas servorum tuorum qui mecum sunt.

14. Ecce descendit ignis de cælo, & devoravit duos principes quinquagenarios primos, & quinquagenos, qui cum eis erant: sed nunc obsecro ut miserearis animæ meæ.

15. Locutus est autem Angelus Domini ad Eliam, dicens: Descende cum eo, ne timeas. Surrexit igitur, & descendit cum eo ad regem,

16. & locutus est ei: Hæc dicit Dominus: Quia misisti nuncios ad consulendum Beelzebub deum Accaron, quasi non esset Deus in Israël, a quo posses interrogare sermonem, ideò de lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris.

17. Mortuus est ergo iuxta sermonem Domini, quem locutus est Elias, & regnavit Ioram frater eius pro eo, anno secundo Ioram filij Iosaphat regis Iudæ: non enim habebat filium.

18. Reliqua autem verborum Ochozias, quæ operatus est, nōnne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israël?

CAPUT II.

Eliseus individuus Eliæ comes, Iordanem, aquâ Eliæ pallio divisa, cum illo transiit; Eliâ autem in cælum igneo curru rapto, duplicem eius spiritum accipit, ac pallio Eliæ rursùm Iordanis aquas dividit. Elias quesitus non invenitur: aquæ Iericho ac terræ sterilitas immisso per Eliseum sale sanantur: puerique Eliseum irridentes ab ursis lacerantur.

Eodem ann. 3108. Ant. Chr. 896.

1. Factum est autem, cum levare vellet Dominus Eliam per turbinem in cælum, ibant Elias & Eliseus de Gâlgalis.

2. Dixitque Elias ad Eliseum: Sede hic, quia Dominus misit me usque in Bethel. Cui ait Eliseus: Vivit Dominus, & vivit anima tua, quia non derelinquam te. Cùmque descendissent Bethel,

3. egressi sunt filij prophetarum, qui erant in Bethel, ad Eliseum, & dixerunt ei: Numquid nosti, quia hodie Dominus tollet dominum tuum a te? Qui respondit: Et ego novi: silète.

4. Dixit autem Elias ad Eliseum: Sede hic, quia Dominus misit me in Iericho.

Et ille ait: Vivit Dominus, & vivit anima tua, quia non derelinquam te. Cùmque venissent Iericho,

5. accesserunt filij prophetarum, qui erant in Iericho, ad Eliseum, & dixerunt ei: Numquid nosti quia Dominus hodie tollet dominum tuum a te? Et ait: Et ego novi: silète.

6. Dixit autem ei Elias: Sede hic, quia Dominus misit me usque ad Iordanem. Qui ait: Vivit Dominus, & vivit anima tua, quia non derelinquam te. Ierunt igitur ambo pariter,

7. & quinquaginta viri de filijs prophetarum secuti sunt eos, qui & steterunt eontra, longè: illi autem ambo stabant super Iordanem.

8. Tulitque Elias pallium suum, & involvit illud, & percussit aquas, quæ divise sunt in utramque partem, & transierunt ambo per siccum.

9. Cùmque transissent, Elias dixit ad Eliseum: Postula quod vis ut faciam tibi, anequam tollar a te. Dixitque Eliseus: Obsecro ut fiat in me duplex spiritus tuus.

10. Qui respondit: Rem difficilem postulasti: attamen si videris me, quando tollar a te, erit tibi quod petisti: si autem non videris, non erit.

11. Cùmque pergerent, & incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus, & equi ignei diviserunt utrumque: & ascendit Elias per turbinem in cælum.

12. Eliseus autem videbat, & clamabat: Pater mi, pater mi, currus Israël, & auriga eius. Et non vidit eum amplius: apprehenditque vestimenta sua, & scidit illa in duas partes.

13. Et levavit pallium Eliæ, quod ceciderat ei: reversusque stetit super ripam Iordanis,

14. & pallio Eliæ, quod ceciderat ei, percussit aquas, & non sunt divise. & dixit: Ubi est Deus Eliæ etiam nunc? Percussitque aquas, & divise sunt huc, atque illuc, & transit Eliseus.

15. Videntes autem filij prophetarum, qui erant in Iericho eontra, dixerunt: Requievit spiritus Eliæ super Eliseum. Et venientes in occursum eius, adoraverunt eum proni in terram.

16. dixeruntque illi: Ecce, cum servis tuis sunt quinquaginta viri fortes, qui possunt ire, & quærere dominum tuum, ne fortè tulerit eum Spiritus Domini, & proiecerit eum in unum montium, aut in unam vallium. Qui ait: Nolite mittere.

17. Coege-

* Anno M. 3108. Ant. Chr. 896.

* Anno M. 3108. Ant. Chr. 896.

* Eccl. 48. 13. 1. Mach. 2. 58.

17. Coegeruntque eum, donec acquiesceret, & diceret: Mittite. Et miserunt quinquaginta viros: qui eum quaesissent tribus diebus, non inveniunt.

18. Et reversi sunt ad eum: at ille habitabat in Iericho, & dixit eis: Numquid non dixi vobis: Nolite mittere?

19. Dixerunt quoque viri civitatis ad Eliseum: Ecce habitatio civitatis huius optima est, sicut tu ipse domine perspicias: sed aquae pessimae sunt, & terra sterilis.

20. At ille ait: Afferte mihi vas novum, & mitte in illud sal. Quod cum attulissent,

21. egressus ad fontem aquarum, misit in illum sal, & ait: Haec dicit Dominus: Sanavi aquas has, & non erit ultra in eis mors, neque sterilitas.

22. Sanatae sunt ergo aquae usque in diem hanc, iuxta verbum Elisei, quod locutus est.

23. Ascendit autem inde in Bethel: cumque ascenderet per viam, pueri parvi egressi sunt de civitate, & illudebant ei, dicentes: Ascende calve, ascende calve.

24. Qui cum respexisset, vidit eos, & maledixit eis in nomine Domini: egressique sunt duo ursi de saltu, & laceraverunt ex eis quadraginta duos pueros.

25. Abiit autem inde in montem Carmeli, & inde reversus est in Samariam.

CAPUT III.

Ob praevaticatum a rege Moab fadus quod cum rege Israël habebat, ascendunt adversus illum rex Israël, rex Iuda, & rex Edom; quibus siti penè eneclis Dominus per Eliseum aquam sine pluvia promittit, & victoriam in regem Moab, qui suo primogenito immolato urbis excidium ardet.

1. Ioram vero filius Achab regnavit super Israël in Samaria anno decimo octavo * Iosaphat regis Iudae. Regnavitque duodecim annis.

2. Et fecit malum coram Domino, sed non sicut pater suus & mater: tulit enim statuas Baal, quas fecerat pater eius.

3. Verumtamen in peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israël, adhæsit, nec recessit ab eis.

4. Porro Messa rex Moab, nutriebat pecora multa, & solvebat regi Israël centum millia agnorum, & centum millia arietum cum velleribus suis.

* Desinat ann. M. 3108. Ant. Chr. 896.

5. Cumque mortuus fuisset Achab, praevaticatus est fœdus, quod habebat cum rege Israël.

6. Egressus est igitur rex Ioram in die illa de Samaria, & recensuit universum Israël.

7. Misitque ad Iosaphat regem Iudae, dicens: Rex Moab recessit a me, veni mecum contra eum ad praelium. Qui respondit: Ascendam: qui meus est, tuus est: populus meus, populus tuus: & equi mei, equi tui.

8. Dixitque: Per quam viam ascendemus? At ille respondit: Per desertum Idumææ.

9. Perrexerunt * igitur rex Israël, & rex Iuda, & rex Edom, & circumierunt per viam septem dierum, nec erat aqua exercitui, & iumentis, quae sequebantur eos.

10. Dixitque rex Israël: Heu heu heu, congregavit nos Dominus tres reges, ut traderet in manus Moab.

11. Et ait Iosaphat: Estne hic propheta Domini, ut deprecemur Dominum per eum? Et respondit unus de servis Regis Israël: Est hic Eliseus filius Saphar, qui fundebat aquam super manus Elie.

12. Et ait Iosaphat: Est apud eum sermo Domini. Descenditque ad eum rex Israël, & Iosaphat rex Iuda, & rex Edom.

13. Dixit autem Eliseus ad regem Israël: Quid mihi, & tibi est? vade ad prophetas patris tui, & matris tuae. Et ait illi rex Israël: Quare congregavit Dominus tres reges hos, ut traderet eos in manus Moab?

14. Dixitque ad eum Eliseus: Vivit Dominus exercituum, in cuius conspectu sto, quod si non vultum Iosaphat regis Iudae erubescerem, non attendissem quidem te, nec respexissem.

15. Nunc autem adducite mihi psaltem, cumque caneret psaltes, facta est super eum manus Domini, & ait:

16. Haec dicit Dominus: Facite alveum torrentis huius fossas, & fossas.

17. Haec enim dicit Dominus: Non videbitis ventum, neque pluviam: & alveus iste replebitur aquis, & bibetis vos, & familiae vestrae, & iumenta vestra.

18. Parumque est hoc in conspectu Domini: insuper tradet etiam Moab in manus vestras.

19. Et percutietis omnem civitatem muratam, & omnem urbem electam, & universum lignum fructiferum succidetis,

* Anno M. 3109. Ant. Chr. 895.

* Ambiguum est in Hebr. ut possit vertere eum vel eius, i. regis Idumææ, quod quidam referunt quod dicitur Amos 2. 1.

Anno M. 3109. Ant. Chr. 895.

FER. 3. POST DOMINIC. 3. QUADR.

cunctosque fontes aquarum obturabit, & omnem agrum egregium operietis lapidibus.

20. Factum est igitur manè, quando sacrificium offerri solet, & ecce, aquae veniebant per viam Edom, & repleta est terra aquis.

21. Universi autem Moabitæ audientes quod ascendissent reges ut pugnarent adversum eos, convocaverunt omnes qui accincti erant balteo desuper, & steterunt in terminis.

22. Primoque manè surgentes, & orto iam sole ex adverso aquarum, viderunt Moabitæ eontra aquas rubras quasi sanguinem.

23. dixeruntque: Sanguis gladij est: pugnaverunt reges contra se, & caesi sunt mutuo: nunc perge ad prædam Moab.

24. Perrexeruntque in castra Israël: porro consurgens Israël, percussit Moab: at illi fugerunt coram eis. Venerunt igitur qui vicerant, & percusserunt Moab, & civitates destruxerunt: & omnem agrum optimum, mittentes singuli lapides, repleverunt: & universos fontes aquarum obturaverunt: & omnia ligna fructifera succiderunt, ita ut muri tantum stictiles remanerent: & circumdata est civitas a fundibulariis, & magna ex parte percussa.

26. Quod cum vidisset rex Moab, praevaluisse scilicet hostes, tulit secum septingentos viros educentes gladium, ut irrumperent ad regem Edom: & non potuerunt.

27. Arripiensque filium suum * primo-genitum, qui regnaturus erat pro eo, obrulit holocaustum super murum: & facta est indignatio magna in Israël, statimque recesserunt ab eo, & reversi sunt in terram suam.

CAPUT IV.

Eliseus viduae paupercale debitis oppressa oleum impetrat, quo solvat creditoribus; Sunamitidis hospitee sue filiam, quem postea mortuum suscitavit; farinâ quoque pulmento infusâ, ipsius auferri amaritudinem, & paucis panibus multos satiat.

1. Mulier autem quædam de uxoribus prophetarum clamabat ad Eliseum, dicens: Servus tuus vir meus mortuus est, & tu nosti quia servus tuus fuit timens Dominum: & ecce creditor

venit ut tollat duos filios meos ad serviendum sibi.

2. Cui dixit Eliseus: Quid vis ut faciam tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa respondit: Non habeo ancilla tua quidquam in domo mea, & repleta est terra ungar.

3. Cui ait: Vade, pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca.

4. Et ingredere, & claude ostium tuum, cum intrinsecus fueris tu, & filij tui: & mitte inde in omnia vasa hæc: & cum plena fuerint, tolles.

5. Ixit itaque mulier, & clausit ostium super se, & super filios suos: illi offerbant vasa, & illa infundebat.

6. Cumque plena fuissent vasa, dixit ad filium suum: Affer mihi adhuc vasa. Et ille respondit: Non habeo. Stetitque oleum.

7. Venit autem illa, & indicavit homini Dei. Et ille, Vade, inquit, vende oleum, & redde creditoribus tuis: tu autem, & filij tui vivite de reliquo.

8. Facta est autem quædam dies, & transibat Eliseus per Sunam: erat autem ibi mulier magna, quæ tenuit eum ut comederet panem: cumque frequenter inde transiret, divertebat ad eam ut comederet panem.

9. Quæ dixit ad virum suum: Animadverte quod vir Dei sanctus est iste, qui transit per nos frequenter.

10. Faciamus ergo ei cœnaculum parvum, & ponamus ei in eo lectulum, & mensam, & sellam, & candelabrum, ut cum venerit ad nos, maneat ibi.

11. Facta est ergo dies quædam, & veniens divertit in cœnaculum, & requievit ibi.

12. Dixitque ad Giezi puerum suum: Voca Sunamitidem istam. Qui cum vocasset eam, & illa stisset coram eo,

13. dixit ad puerum suum: Loquere ad eam: Ecce, sedule in omnibus ministrasti nobis, quid vis ut faciam tibi? numquid habes negotium, & vis ut loquar regi, sive principi militiae? Quæ respondit: In medio populi mei habito.

14. Et ait: Quid ergo vult ut faciam ei? Dixitque Giezi: Ne quaeras: filium enim non habet, & vir eius senex est.

15. Præcepit itaque ut vocaret eam: quæ cum vocata fuisset, & stisset ante ostium,

16. dixit ad eam: In tempore isto, & in hac eadem hora, si vita comes fuerit,

Anno M. 3110.

Tunc anorum 3. ut patet ex cap. 8. Ergo ann. M. 3113.

FER. 5. POST DOMINIC. 4. QUADR.

habebis in utero filium. At illa respondit: Noli quæso domine mi, vir Dei, noli mentiri ancillæ tuæ.

17. Et concepit mulier, & peperit filium in tempore, & in hora eadem, quâ dixerat Eliseus.

18. Crevit autem puer. Et cum esset quædam dies, & egressus fuisset ad patrem suum, ad messorum.

19. ait patri suo: Caput meum doleo, caput meum doleo. At ille dixit puero: Tolle, & duc eum ad matrem suam.

20. Qui cum tulisset, & duxisset eum ad matrem suam, posuit eum illa super genua sua usque ad meridiem, & mortuus est.

21. Ascendit autem, & collocavit eum super lectulum hominis Dei, & clausit ostium: & egressa,

22. vocavit virum suum, & ait: Mitte mecum, obsecro, unum de pueris, & asinam, ut excurram usque ad hominem Dei, & revertar.

23. Qui ait illi: Quam ob causam vadis ad eum? hodie non sunt Calendæ, neque Sabbatum. Quæ respondit: Vadam.

24. Stravitque asinam, & præcepit puero: Mina, & propera, ne mihi moram facias in eundo: & hoc age quod præcipio tibi.

25. Profecta est igitur, & venit ad virum Dei in montem Carmeli: cumque videret eam vir Dei eontra, ait ad Giezi puerum suum: Ecce Sunamitis illa.

26. Vade ergo in occursum eius, & dic ei: Rectè ne agitur circa te, & circa virum tuum, & circa filium tuum? Quæ respondit: Rectè.

27. Cumque venisset ad virum Dei in montem, apprehendit pedes eius: & accessit Giezi ut amoveret eam. Et ait homo Dei: Dimitte illam: anima enim eius in amaritudine est, & Dominus celavit a me, & non indicavit mihi.

28. Quæ dixit illi: Numquid petivi filium a Domino meo? numquid non dixi tibi: Ne illudas me?

29. & ille ait ad Giezi: Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade. Si occurrerit tibi homo, non salutes eum: & si salutaverit te quispiam, non respondeas illi: & pones baculum meum super faciem pueri.

30. Porrò mater pueri ait: Vivit Dominus, & vivit anima tua, non dimittam te. Surrexit ergo, & secutus est eam.

31. Giezi autem præcesserat ante eos,

& posuerat baculum super faciem pueri, & non erat vox, neque sensus: reversusque est in occursum eius, & nunciavit ei, dicens: Non surrexit puer.

32. Ingressus est ergo Eliseus domum, & ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius.

33. Ingressusque clausit ostium super se, & super puerum: & oravit ad Dominum.

34. Et ascendit, & incubuit super puerum: posuitque os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius: & incurvavit se super eum, & calefacta est caro pueri.

35. At ille reversus, deambulavit in domo, semel huc atque illuc: & ascendit, & incubuit super eum: & oscitavit puer septies, aperuitque oculos.

36. At ille vocavit Giezi, & dixit ei: Voca Sunamitidem hanc. Quæ vocata, ingressa est ad eum. Qui ait: Tolle filium tuum.

37. Venit illa, & corruit ad pedes eius, & adoravit super terram: tulique filium suum, & egressa est.

38. & Eliseus reversus est in Galgala. Erat autem fames in terra, & filij prophetarum habitabant coram eo. Dixitque uni de pueris suis: Pone ollam grandem, & coque pulmentum filijs prophetarum.

39. Et egressus est unus in agrum ut colligeret herbas agrestes: invenitque quasi vitem silvestrem, & collegit ex ea colocyntidas agri, & implevit passium suum, & reversus concidit in ollam pulmenti: nesciebat enim quid esset.

40. Infuderunt ergo socii, ut comederent: cumque gustassent de coctione, clamaverunt, dicentes: Mors in olla vir Dei. Et non potuerunt comedere.

41. At ille, Afferte, inquit, farinam: Cumque tulissent, misit in ollam, & ait: Infunde turbæ, ut comedat. Et non fuit amplius quidquam amaritudinis in olla.

42. Vir autem quidam venit de Baalsalis deferens viro Dei panes primitiarum, viginti panes hordeaceos, & frumentum novum in pera sua. At ille dixit: Da populo, ut comedat.

43. Responditque ei minister eius: Quantum est hoc, ut apponam centum viris? Rursum ille ait: Da populo, ut comedat: hæc enim dicit Dominus: Comedent, & supererit.

44. Posuit itaque coram eis: qui comederunt, & superfluit iuxta verbum Domini.

* Illa scilicet annorum 7. de qua c. 8. v. 1. quæ iam erat inchoata.

CA-

CAPUT V.

Scidit rex Israël vestimenta sua, quod iussisset rex Syria ut Naaman leprosum curaret; quem Eliseus septem in Jordane lotionem mandat a lepra, quæ Giezi propter munera mendacio extorta ab Eliseo spreta, perpetuo adhebit.

FER. 2. POST DOMINIC. 3. QUADR.

1. Naaman princeps militiæ regis Syriæ, erat vir magnus apud dominum suum, & honoratus: per illum enim dedit Dominus salutem Syriæ: erat autem vir fortis & dives, sed leprosus.

2. Porrò de Syria egressi fuerant la-truncalli, & captivam duxerant de Terra Israël puellam parvulam, quæ erat in obsequio uxoris Naaman,

3. quæ ait ad dominam suam: Utinam fuisset dominus meus ad prophetam, qui est in Samaria: profecto curasset eum a lepra, quam habet.

4. Ingressus est itaque Naaman ad dominum suum, & nunciavit ei, dicens: Sic & sic locuta est puella de Terra Israël.

5. Dixitque ei rex Syriæ: Vade, & mitam litteras ad regem Israël: Qui cum profectus esset, & tulisset secum decem talenta argenti, & sex millia aureos, & decem mutatoria vestimentorum,

6. detulit litteras ad regem Israël, in hæc verba: Cum acceperis epistolam hanc, scito quod miserim ad te Naaman servum meum, ut cures eum a lepra sua.

7. Cumque legisset rex Israël litteras, scidit vestimenta sua, & ait: Numquid Deus ego sum, ut occidere possim, & vivificare, quia iste misit ad me, ut curem hominem a lepra sua? animadvertite, & videte quòd occasiones querat adversum me.

8. Quod cum audisset Eliseus vir Dei, scidisse videlicet regem Israël vestimenta sua, misit ad eum, dicens: Quare scidisti vestimenta tua? veniat ad me, & sciat esse prophetam in Israël.

9. Venit ergo Naaman cum equis, & curribus, & stetit ad ostium domus Elisei:

10. misitque ad eum Eliseus nuncium, dicens: Vade, & lavare septies in Jordane, & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis.

11. Iratus Naaman recedebat, dicens: Putabam quòd egrederetur ad me, & stans invocaret nomen Domini Dei sui, & tangeret manu suâ locum lepræ, & curaret me.

12. Numquid non meliores sunt Abana, & Pharphar fluvij Damasci omnibus aquis Israël, ut laver in eis, & munder? Cum ergo veritisset se, & abiit indignatus,

13. accesserunt ad eum servi sui, & locuti sunt ei: Pater, & si rem grandem didixisset tibi propheta, certè facere debueras: quantò magis quia nunc dixit tibi: Lavare, & mundaberis?

14. * Descendit, & lavit in Jordane septies iuxta sermonem viri Dei, & restituta est caro eius, sicut caro pueri parvuli, & mundatus est.

15. Reversusque ad virum Dei cum universo comitatu suo, venit, & stetit coram eo, & ait: Verè scio quòd non sit alius Deus in universa terra, nisi tantum in Israël. Obsecro itaque ut accipias benedictionem a servo tuo.

16. At ille respondit: Vivit Dominus, ante quem sto, quia non accipiam. Cumque vim faceret, penitus non acquievit.

17. Dixitque Naaman: Ut vis, sed, obsecro, concede mihi servo tuo ut tollam onus duorum burdonum de terra: non enim faciet ultra servus tuus holocaustum, aut victimam diis alienis, nisi Domino.

18. Hoc autem solum est, de quo depreceris Dominum pro servo tuo, quando ingredietur dominus meus templum Remmon, ut adoret: & illo inintente super manum meam, si adoravero in templo Remmon, adorante eò in eodem loco, ut ignoscat mihi Dominus servo tuo pro hac re.

19. Qui dixit ei: Vade in pace. Abiit ergo ab eo electo terræ tempore.

20. Dixitque Giezi puer viri Dei: Pepercit dominus meus Naaman Syro isti, ut non acciperet ab eo quæ attulit: vivit Dominus, quia curram post eum, & accipiam ab eo aliquid.

21. Et secutus est Giezi post tergum Naaman: quem cum vidisset ille currentem ad se, desiliit de curru in occursum eius, & ait: Rectè ne sunt omnia?

22. Et ille ait: Rectè. Dominus meus misit me ad te, dicens: Modò venerunt ad me duo adolescentes de monte Ephraim, ex filiis Prophetarum: da eis talentum argenti, & vestes mutatorias duplices.

23. Dixitque Naaman: Melius est ut accipias duo talenta. Et coëgit eum, ligavitque duo talenta argenti in duobus saccis, & duplicia vestimenta, & imposuit duobus pueris suis, qui & portaverunt coram eo.

* Luc. 4. 47.

24. Cùmque venisset iam vesperi, tulit de manu eorum, & repositus in domo, dimisitque viros, & abierunt.

25. Ipse autem ingressus, stetit coram domino suo. Et dixit Eliseus: Undè venis tuus quocumque.

26. At ille ait: Nónne cor meum in presenti erat, quando reversus est homo de currù suo in occursum tuum? Nunc igitur accepisti argentum, & accepisti vestes ut emas oliveta, & vineas, & oves, & boves, & servos, & ancillas.

27. Sed & lepra Naaman adhærebit tibi, & semini tuo, usque in sempiternum. Et egressus est ab eo leprosus quasi nix.

CAPUT VI.

Eliseus ferrum securis natate facit; regis Syriæ milites ducuntur quasi exæcati in Samariam ab Eliseo, quem ob regis sui secreta regi Israël patefacta capere nitentur: at postmodum Syris obsessibus Samariam, matres ob inediã filios suos comedunt, propter quod Eliseus a rege iubetur occidi.

Anno M. 3115.

1. **D**ixerunt autem filij prophetarum ad Eliseum: Ecce locus, in quo habitamus coram te, angustus est nobis.

2. Eamus usque ad Iordanem, & tollant singuli de silva materias singulas, ut ædificemus nobis ibi locum ad habitandum. Qui dixit: Ite.

3. Et ait unus ex illis: Veni ergo & tu cum servis tuis. Respondit: Ego veniam.

4. Et abiit cum eis. Cùmque venissent ad Iordanem, cædebant ligna.

5. Accidit autem, ut cùm unus materiam succidisset, caderet ferrum securis in aquam: exclamavitque ille, & ait: Heu heu domine mi, & hoc ipsum multo acceperam.

6. Dixit autem homo Dei: Ubi cecidit? At ille monstravit ei locum. Præcidit ergo lignum, & misit illic: natavitque ferrum.

7. & ait: Tolle. Qui extendit manum, & tulit illud.

8. Rex autem Syriæ pugnabat contra Israël, consiliumque inivit cum servis suis, dicens: In loco illo, & illo ponamus insidias.

9. Misit itaque vir Dei ad regem Israël, dicens: Cave ne transeas in locum illum: quia ibi Syri in insidiis sunt.

10. Misit itaque rex Israël ad locum,

quem dixerat ei vir Dei, & præoccupavit eum, & observavit se ibi non semel neque bis.

11. Conturbatumque est cor regis Syriæ pro hac re: & convocatis servis suis, ait: Quare non indicatis mihi quis proditor mei sit apud regem Israël?

12. Dixitque unus servorum eius: Nequaquam domine mi rex, sed Eliseus propheta, qui est in Israël, indicat regi Israël omnia verba quæcumque locutus fueris in conclavi tuo.

13. Dixitque eis: Ite, & videte ubi sit ut mittam, & capiam eum. Annunciaveruntque ei, dicentes: Ecce in Dothan.

14. Misit ergo illic equos & currus, & robur exercitûs: qui cùm venissent nocte, circumdederunt civitatem.

15. Consurgens autem diluculo minister viri Dei, egressus, vidit exercitum in circuitu civitatis, & equos & currus: nunciavitque ei, dicens: Heu heu domine mi, quid faciemus?

16. At ille respondit: Noli timere: plures enim nobiscum sunt, quam cum illis.

17. Cùmque orasset Eliseus, ait: Domine, aperi oculos huius, ut videat. Et aperuit Dominus oculos pueri, & vidit: & ecce mons plenus equorum, & currum igneorum, in circuitu Elisei.

18. Hæstos verò descenderunt ad eum: porrò Eliseus oravit ad Dominum, dicens: Percute, obsecro, gentem hanc cecitate. Percussitque eos Dominus, ne viderent, iuxta verbum Elisei.

19. Dixit autem ad eos Eliseus: Non est hæc via, neque ista est civitas: sequimini me, & ostendam vobis virum, quem queritis. Dixit ergo eos in Samariam:

20. cùmque ingressi fuissent in Samariam, dixit Eliseus: Domine aperi oculos istorum, ut videant. Aperuitque Dominus oculos eorum, & viderunt se esse in medio Samariæ.

21. Dixitque rex Israël ad Eliseum, cùm vidisset eos: Numquid percitiam eos, pater mi?

22. At ille ait: Non percitias: neque enim cepisti eos gladio, & arcu tuo, ut percitias: sed pone panem, & aquam coram eis, ut comedant, & bibant, & vadant ad dominum suum.

23. Appositaque est eis ciborum magna præparatio, & comederunt, & biberunt, & dimisit eos, abieruntque ad dominum suum, & ultra non venerunt latrones Syriæ in Terram Israël.

Anno M. 3117.

24. Factum est autem post hæc, congregavit Benadad rex Syriæ, universum exercitum suum, & ascendit, & obsidebat Samariam.

25. Factaque est fames magna in Samaria: & tandiù obsessa est, donec venundaretur caput asini octoginta argenteis, & quarta pars cabi stercoreis columbarum quinque argenteis.

26. Cùmque rex Israël transiret per murum, mulier quædam exclamavit ad eum, dicens: Salva me domine mi rex.

27. Qui ait: Non te salvat Dominus: undè te possum salvare? de area, vel de torculari? Dixitque ad eam rex: Quid tibi vis? Quæ respondit:

28. Mulier ista dixit mihi: Da filium tuum, ut comedamus eum hodiè, & filium meum comedemus cras.

29. Coximus ergo filium meum, & comédimus. Dixique ei die alterà: Da filium tuum, ut comedamus eum. Quæ abscondit filium suum.

30. Quod cùm audisset rex, scidit vestimenta sua, & transibat per murum. Viditque omnis populus cilicium, quo vestitus erat ad carnem intrinsecus.

31. Et ait rex: Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, si steterit caput Elisei filij Saphat super ipsum hodiè.

32. Eliseus autem sedebat in domo sua, & senes sedebant cum eo. Præmisit itaque virum: & antequam veniret nuncius ille, dixit ad senes: Numquid scitis quòd miserit filius homicidæ hic, ut præcidatur caput meum? videte ergo, cùm venerit nuncius, claudite ostium, & non sinatis eum introire: ecce enim sonitus pedum domini eius post eum est.

33. Adhuc illo loquente eis, apparuit nuncius, qui veniebat ad eum. Et ait: Ecce, tantum malum a Domino est: quid amplius expectabo a Domino?

CAPUT VII.

Eliseus in Samaria prædicit fore frumenti abundantiam; quam leprosi quatuor in Samaria annunciant, territis a Deo Syriæ, ac omnibus reliquis obsessionem solventibus: dux autem Elisei verbo incredulus a turba concutatur in porta Samariæ.

Anno M. 3119.

1. **D**ixit autem Eliseus: Audite verbum Domini: Hæc dicit Dominus: In tempore hoc cras modius simi-

læ uno statère erit, & duo modij hordei statère uno, in porta Samariæ.

2. Respondens unus de ducibus, super cuius manum rex incumbebat, homini Dei, ait: Si Dominus fecerit etiam cataractas in celo, numquid poterit esse quod loqueris? Qui ait: Videbis oculis tuis, & indè non comedes.

3. Quatuor ergo viri erant leprosi iuxta introitum portæ: qui dixerunt ad invicem: Quid hic esse volumus donec moriamur?

4. Sive ingredi viverimus civitatem, fame moriemur: sive manserimus hic, moriendum nobis est: venite ergo, & transfugiamus ad castra Syriæ. Si pepererint nobis, vivemus: si autem occidere voluerint, nihilominus moriemur.

5. Surrexerunt ergo vesperi, ut venirent ad castra Syriæ. Cùmque venissent ad principium castrorum Syriæ, nullum ibidem repererunt.

6. Siquidem Dominus sonitum audiri fecerat in castris Syriæ, curruum, & equorum, & exercitûs plurimi: dixeruntque ad invicem: Ecce mercede conducti adversum nos rex Israël reges Hethæorum, & Ægyptiorum, & venerunt super nos.

7. Surrexerunt ergo, & fugerunt in tentebriis, & dereliquerunt tentoria sua, & equos & asinos in castris, fugeruntque animas tantum suas salvare cupientes.

8. Igitur cùm venissent leprosi illi ad principium castrorum, ingressi sunt unum tabernaculum, & comederunt & biberunt: tuleruntque inde argentum, & aurum, & vestes, & abierunt, & absconderunt: & rursum reversi sunt ad aliud tabernaculum, & indè similiter auferentes absconderunt.

9. Dixeruntque ad invicem: Non rectè facimus: hæc enim dies boni nuncij est. Si tacuerimus, & noluerimus nunciare usque manè, sceleris arguemur: venite, eamus, & nunciemus in aula regis.

10. Cùmque venissent ad portam civitatis, narraverunt eis, dicentes: Ivimus ad castra Syriæ, & nullum ibidem reperimus hominem, nisi equos, & asinos alligatos, & fixa tentoria.

11. Ierunt ergo portarij, & nunciaverunt in palatio regis intrinsecus.

12. Qui surrexit nocte, & ait ad servos suos: Dico vobis quid fecerint nobis Syri: Sciunt quia fame laboramus, & idcirco egressi sunt de castris, & latitant in agris, dicentes: Cùm egressi fuerint de-

civitate, capiemus eos vivos, & tunc civitatem ingredi poterimus.

13. Respondit autem unus servorum eius: Tollamus quinque equos, qui remanserunt in urbe (quia ipsi tantum sunt in universa multitudine Israël, alij enim consumpti sunt) & mittentes, explorare poterimus.

14. Adduxerunt ergo duos equos, misitque rex in castra Syrorum, dicens: Ite, & videte.

15. Qui abierunt post eos usque ad Jordanem: ecce autem omnis via plena erat vestibus, & vasis, quæ proiecerant Syri cum turbarentur: reversisque nunciij indicaverunt regi.

16. Et egressus populus diripuit castra Syriae: factusque est modius similæ statère uno, & duo modij hordei statère uno, iuxta verbum Domini.

17. Porrò rex ducem illum, in cuius manu incumbat, constituit ad portam: quem conculcavit turba in introitu portæ, & mortuus est, iuxta quod locutus fuerat vir Dei, quando descenderat rex ad eum.

18. Factumque est secundum sermonem viri Dei, quem dixerat regi, quando ait: Duo modij hordei statère uno erunt, & modius similæ statère uno, hoc eodem tempore eras in porta Samariæ:

19. quando responderat dux ille viro Dei, & dixerat: Etiamsi Dominus fecerit catacactas in celo, numquid poterit fieri quod loqueris? Et dixit ei: Videbis oculis tuis, & indè non comedes.

20. Evénit ergo ei sicut prædictum fuerat, & conculcavit eum populus in porta, & mortuus est.

CAPUT VIII.

Post septennem famem ab Eliseo prædictam, Sunamitis, quæ ipsius consilio peregrinata erat, reversa suos agros cum fructibus recuperat: Eliseus Benadad ægrotantem prædicit moriturum, & impium Hazaël regnaturum: Ioram rex Iuda percussit Idumæos, quod a se recessissent: cui impio succedit Ochozias filius impius.

* i. locutus erat, nempe cum filium eius ad vitam revocasset
Sup. 4. 35.

1. Eliseus autem locutus* est ad mulierem, cuius vivere fecerat filium, dicens: Surge, vade tu & domus tua, & peregrinare ubicumque repereris: vocavit enim Dominus famem, & veniet super terram septem annis.

2. Quæ surrexit, & fecit iuxta verbum hominis Dei: & vadens cum domo sua, peregrinata est in Terra Philisthiim diebus multis.

3. Cùmque finiti essent anni septem, reversa est mulier de Terra Philisthiim: & egressa est ut interpellaret regem pro domo sua, & pro agris suis.

4. Rex autem loquebatur cum Giezi pueri viri Dei, dicens: Narra mihi omnia magna quæ fecit Eliseus.

5. Cùmque ille narraret regi quo modo mortuum suscitasset, apparuit mulier, cuius vivificaverat filium, clamans ad regem pro domo sua, & pro agris suis. Dixitque Giezi: Domine mi rex, hæc est mulier, & hic est filius eius, quem suscitavit Eliseus.

6. Et interrogavit rex mulierem: quæ narravit ei. Deditque ei rex eunuchum unum, dicens: Restitue ei omnia quæ sua sunt, & universos redditus agrorum a die, quâ reliquit terram usque ad præsens.

7. Venit quoque Eliseus Damascum, & Benadad rex Syriae ægrotabat: nunciaveruntque ei, dicentes: Venit vir Dei huc.

8. Et ait rex ad Hazaël: Tolle tecum munera, & vade in occursum viri Dei, & cõsule Dominum pro eum, dicens: Si evadere potero de infirmitate mea hæc?

9. Ivit igitur Hazaël in occursum eius, habens secum munera, & omnia bona Damasci, onera quadraginta camelorum. Cùmque stetisset coram eo, ait: Filius tuus Benadad rex Syriae misit me ad te, dicens: Si sanari potero de infirmitate mea hæc?

10. Dixitque ei Eliseus: Vade, dic eis Sanaberis: porrò ostendit mihi Dominus quia morte morietur.

11. Stetitque cum eo, & conturbatus est usque ad suffusionem vultus: flevitque vir Dei.

12. Cui Hazaël ait: Quare dominus meus flet? At ille dixit: Quia scio quæ facturus sis filiis Israël mala. Civitates eorum munitas igne succendes, & iuvenes eorum interficies gladio, & parvulos eorum elides, & prægnantes divides.

13. Dixitque Hazaël: Quid enim sum servus tuus canis, ut faciam rem isram magnam? Et ait Eliseus: Ostendit mihi Dominus te regem Syriae fore.

14. Qui cùm recessisset ab Eliseo, venit ad dominum suum. Qui ait ei: Quid dixit tibi Eliseus? At ille respondit: Dixit mihi: Recipies sanitatem.

15. Cùm-

Anno M. 3120. Si quidem 7. sunt post suscitatum puerum.
Sup. 4. 37.

* Inf. 13. 7.

CAPUT IX.

Iehu in regem Israël unctio per prophetam mandat Dominus, ut deleat domum Achab: occidit ergo Ioram unum cum Ochozia rege Iuda; & corpus Iezabel a fenestra ipsius iussu præcipitatae canes devorant, iuxta Eliæ vaticinium.

1. Eliseus autem propheta vocavit Edom unum de filiis prophetarum, & ait illi: Accinge lumbos tuos, & tolle lenticulam olei hæc in manu tua, & vade in Ramoth Galaad.

2. Cùmque veneris illuc, videbis Iehu filium Iosaphat filij Namsi: & ingressus suscitabis eum de medio fratrum suorum, & introduces in interius cubiculum.

3. Tenensque lenticulam olei, fines super caput eius, & dices: Hæc dicit Dominus: Unxi te regem super Israël. Aperiesque ostium, & fugies, & non ibi subsistes.

4. Abiit ergo adolescens puer prophetae in Ramoth Galaad,

5. & ingressus est illuc: ecce autem principes exercitûs sedebant, & ait: Verbum mihi ad te ô princeps. Dixitque Iehu: Ad quem est omnibus nobis? At ille dixit: Ad te ô princeps.

6. Et surrexit & ingressus est cubiculum: at ille fudit oleum super caput eius, & ait: Hæc dicit Dominus Deus Israël: Unxi te regem super populum Domini Israël,

7. & percuties domum Achab domini tui, & ulciscar sanguinem servorum meorum prophetarum, & sanguinem omnium servorum Domini de manu Iezabel.

8. Perdamque omnem domum Achab: & interficiam de Achab mingentem ad parietem, & clausum, & novissimum in Israël.

9. Et dabo domum Achab, sicut domum Ieroboam filij Nabat, & sicut domum Baasa filij Abia.

10. Iezabel quoque comedent canes in agro Iezrahel, nec erit qui sepeliat eam. Aperuitque ostium, & fugit.

11. Iehu autem egressus est ad servos domini sui: qui dixerunt ei: Rectè ne sunt omnia? quid venit insanus iste ad te? Qui ait eis: Nostis hominem, & quid locutus sit.

12. At illi responderunt: Falsum est, sed magis narra nobis. Qui ait eis: Hæc & hæc locutus est mihi, & ait: Hæc dicit

15. Cùmque venisset dies altera, tulit stragulum, & infudit aquam, & expandit super faciem eius: quo mortuo, regnavit Hazaël pro eo.

16. Anno quinto Ioram filij Achab regis Israël, & Iosaphat regis Iuda, regnavit Ioram filius Iosaphat rex Iuda.

17. Triginta duorum annorum erat cùm regnare cõpisset, & octo annis regnavit in Ierusalem.

18. Ambulavitque in viis regum Israël, sicut ambulaverat domus Achab: filia enim Achab erat uxor eius: & fecit quod malum est in conspectu Domini.

19. Noluit autem Dominus disperdere Iudam, propter David servum suum, sicut promiserat ei, ut daret illi lucernam, & filiis eius cunctis diebus.

20. In diebus eius recessit Edom, ne esset sub Iuda, & constituit sibi regem.

21. Venitque Ioram Sefra, & omnes currus cum eo: & surrexit nocte, percussitque Idumæos, qui eum circumderant, & principes currum, & populus autem fugit in tabernacula sua.

22. Recessit ergo Edom ne esset sub Iuda, usque ad diem hæc. Tunc recessit & Lobna in tempore illo.

23. Reliqua autem sermonum Ioram, & universa, quæ fecit, nōne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Iuda?

24. Et dormivit Ioram cum patribus suis, sepultusque est cum eis in Civitate David, & regnavit Ochozias filius eius pro eo.

25. Anno duodecimo Ioram filij Achab regis Israël regnavit Ochozias filius Ioram regis Iudæ.

26. Viginti duorum annorum erat Ochozias cùm regnare cõpisset, & uno anno regnavit in Ierusalem: nomen matris eius Athalia filia Amri regis Israël.

27. Et ambulavit in viis domus Achab: & fecit quod malum est coram Domino, sicut domus Achab: gener enim domus Achab fuit.

28. Abiit quoque cum Ioram filio Achab, ad præliandum contra Hazaël regem Syriae in Ramoth Galaad, & vulneraverunt Syri Ioram:

29. qui reversus est ut curaretur, in Iezrahel: quia vulneraverant eum Syri in Ramoth præliantem contra Hazaël regem Syriae. Porrò Ochozias filius Ioram rex Iudæ descendit invisere Ioram filium Achab in Iezrahel, quia ægrotabat ibi.

* i. Rego Iuda, sive cum adhuc esset rex Iuda.

* 2. Paral. 21. 5.

* 2. Reg. 7. 16.

* Gen. 27. 40. 21. 8. Anno M. 3115. Ant. Chr. 889.

* 2. Paral. 23. 1. * Ann. M. 3119.

* i. filia Achab filij Amri. Confer. 18. sup. 2. Paral. 22. 2. cum 21. 6. † Anno M. 3120.

Edom ann. 3120.

* 3. Reg. 19. 16.

* 3. Reg. 21. 21.

* 3. Reg. 15. 25.

* 3. Reg. 16. 3.

cit Dominus: Unxi te regem super Israél.

13. Festinaverunt itaque, & unusquisque tollens pallium suum posuerunt sub pedibus eius, in similitudinem tribunalis, & cecinerunt tubá, atque dixerunt: Regnavit Iehu.

* Supr. 8. 28.

14. Coniuravit ergo Iehu filius Iosaphat filij Namsi contra Ioram: * porro Ioram obsederat Ramoth Galaad, ipse, & omnis Israél contra Hazaél regem Syriae:

15. & reversus fuerat: ut curaretur in Iezrahel propter vulnera, quia percusserant eum Syri, praéliantem contra Hazaél regem Syriae: Dixitque Iehu: Si placet vobis, nemo egrediatur prófugus de civitate, ne vadat, & nunciet in Iezrahel.

16. Et ascendit, & profectus est in Iezrahel: Ioram enim aegrotabat ibi, & Ochozias rex Iuda descenderat ad visitandum Ioram.

17. Igitur speculator, qui stabat super turrim Iezrahel, vidit globum Iehu venientis, & ait: Video ego globum. Dixitque Ioram: Tolle currum, & mitte in occursum eorum, & dicat vadens: Rectè ne sunt omnia?

18. Abiit ergo, qui ascenderat currum, in occursum eius, & ait: Hæc dicit rex: Pacata ne sunt omnia? Dixitque Iehu: Quid tibi & paci? transi, & sequere me. Nunciavit quoque speculator, dicens: Venit nuncius ad eos, & non revertitur.

19. Misit etiam currum equorum secundum: venitque ad eos, & ait: Hæc dicit rex: Numquid pax est? Et ait Iehu: Quid tibi & paci? transi, & sequere me.

20. Nunciavit autem speculator, dicens: Venit usque ad eos, & non revertitur: est autem inaccessus quasi inaccessus Iehu filij Namsi, præcepit enim graditur.

21. Et ait Ioram: Iunge currum. Iunxeruntque currum eius, & egressus est Ioram rex Israél, & Ochozias rex Iuda, singuli in curribus suis, egressique sunt in occursum Iehu, & invenerunt eum in agro Naboth Iezrahelita.

22. Cùmque vidisset Ioram Iehu, dixit: Pax est Iehu? At ille respondit: Quæ pax? adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ, & beneficia eius multa vigent.

23. Convertit autem Ioram manum suam, & fugiens ait ad Ochoziam: Insidia Ochozia.

24. Porro Iehu tetendit arcum manu, & percussit Ioram inter scapulas: & egress-

sa est sagitta per cor eius, statimque corruit in curru suo.

25. Dixitque Iehu ad Badacer ducem: Tolle, projice eum in agro Naboth Iezrahelita: memini enim quando ego & tu sedentes in curru sequebamur Achab patrem huius, quòd Dominus onus hoc levaverit super eum, dicens:

* 3. Reg. 21. 22.

26. * Si non pro sanguine Naboth, & pro sanguine filiorum eius, quem vidi heri, ait Dominus, reddam tibi in agro isto, dicit Dominus. Nunc ergo tolle, & projice eum in agrum iuxta verbum Domini.

27. Ochozias autem rex Iuda videns hoc, fugit per viam domus horti: persecutusque est eum Iehu, & ait: Etiam hunc percute in curru suo. Et percusserunt eum in ascensu Gaver, qui est iuxta Iebllaam: qui fugit in Mageddo, & mortuus est ibi.

28. Et imposuerunt eum servi eius super currum suum, & tulerunt in Ierusalem: sepelieruntque eum in sepulchro cum patribus suis in Civitate David.

29. Anno undecimo Ioram filij Achab, regnavit * Ochozias super Iudam,

30. venitque Iehu in Iezrahel. Porro Iezabel introitu eius audito, depinxit oculos suos stibio, & ornavit caput suum, & respexit per fenestram

31. ingredientem Iehu per portam, & ait: * Numquid pax potest esse Zambri, qui interfecit dominum suum?

32. Levavitque Iehu faciem suam ad fenestram, & ait: Quæ est ista? & inclinaverunt se ad eum duo, vel tres eunuchi.

33. At ille dixit eis: Præcipitate eam deorsum. & præcipitaverunt eam, aspersusque est sanguine paries & equorum ungulæ conculcaverunt eam.

34. Cùmque introgressus esset, ut comederet, biberetque ait: Ite, & videte maledictam illam, & sepelite eam: quia filia regis est.

35. Cùmque essent ut sepelirent eam, non invenerunt nisi calvariam, & pedes, & summas manus.

36. Reversique nunciaverunt ei. Ite Iehu: * Sermo Domini est, quem locutus est per servum suum Eliam Thesbiten, dicens: In agro Iezrahel comedent canes carnes Iezabel,

* 3. Reg. 21. 23.

37. & erunt carnes Iezabel sicut sterces super faciem terræ in agro Iezrahel, ita ut prætereuntes dicant: Hæccine est illa Iezabel?

CAPUT X.

Iehu 70. filios Achab & 42. fratres Ochozia necari iubet, totamque Achab progeniem delet, & omnes sacerdotes Baal callide convocatos occidit, exusta illius statua, & templo in cloacam verso; at tamen in cultu vitulorum aureorum perseverat Iehu, idè vehementer casus est Israél ab Hazaél; mortuo autem Iehu, succedit filius Ioachaz.

Eodem anno M. 3120. Ant. Chr. 884.

1. ERant autem Achab septuaginta filij in Samaria: scripsit ergo Iehu litteras, & misit in Samariam, ad optimates civitatis, & ad maiores natu, & ad nutritios Achab, dicens:

2. Statim ut acceperitis litteras has, qui habetis filios domini vestri, & currus, & equos, & civitates firmas, & arma,

3. eligite meliorem, & eum qui vobis placuerit de filiis domini vestri, & eum ponite super solium patris sui, & pugnae pro domo domini vestri.

4. Timuerunt illi vehementer, & dixerunt: Ecce duo reges non potuerunt stare coram eo, & quo modo nos valebimus resistere?

5. Miserunt ergo præpositi domus, & præfeti civitatis, & maiores natu, & nutritij, ad Iehu, dicentes: Servi tui sumus, quæcumque iusseris faciemus, nec constituemus nobis regem: quæcumque tibi placet, fac.

6. Rescripsit autem eis litteras secundò, dicens: Si mei estis, & obeditis mihi, tollite capita filiorum domini vestri, & venite ad me hæc eadem horâ cras in Iezrahel. Porro filij regis, septuaginta viri apud optimates civitatis nutriebantur.

7. Cùmque venissent litteræ ad eos, tulerunt filios regis, & occiderunt septuaginta viros, & posuerunt capita eorum in cõpinis, & miserunt ad eum in Iezrahel.

8. Venit autem nuncijs, & indicavit ei, dicens: Attulerunt capita filiorum regis. Qui respondit: Ponite ea ad duos acervos iuxta intrõitum portæ usque manè.

9. Cùmque diluxisset, egressus est, & stans dixit ad omnem populum: Iusti estis: si ego coniuravi contra dominum meum, & interfeci eum, quis percussit omnes hos?

* 3. Reg. 21. 29.

10. * Videte ergo nunc quoniam non cecidit de sermonibus Domini in terram, quos locutus est Dominus super domum

Achab, & Dominus fecit quod locutus est in manu servi sui Eliae.

11. Percussit igitur Iehu omnes, qui reliqui erant de domo Achab in Iezrahel, & universos optimates eius, & notos, & sacerdotes, donec non remaneret ex eo reliquæ.

12. Et surrexit, & venit in Samariam: cùmque venisset ad Cameram pastorum in via,

13. invenit fratres Ochozia: regis Iuda, dixitque ad eos: Quinam estis vos? Qui responderunt: Fratres Ochozia sumus, & descendimus ad salutandos filios regis, & filios reginæ.

14. Qui ait: Comprehendite eos vivos. Quos cùm comprehendissent vivos, iugularunt eos in cisterna iuxta Cameram, quadringinta duos viros, & non reliquit ex eis quemquam.

15. Cùmque abisset inde, invenit Ionadab filium Rechab * in occursum sibi, & benedixit ei. Et ait ad eum: Numquid est cor tuum rectum, sicut cor meum cum corde tuo? Et ait Ionadab: Est. Si est, inquit, da manum tuam. Qui dedit ei manum suam. At ille levavit eum ad se in currum:

* Rechabitarum institutorem. Ierem. 35.

16. dixitque ad eum: Veni mecum, & vide zelum meum pro Domino. Et imposuit in curru suo

17. duxit in Samariam. Percussit omnes qui reliqui fuerant de Achab in Samaria usque ad unum, iuxta verbum Domini, quod locutus est per Eliam.

18. Congregavit ergo Iehu omnem populum, & dixit ad eos: * Achab coluit Baal parum, ego autem colam eum amplius.

* 3. Reg. 16. 31.

19. Nunc igitur omnes prophetas Baal, & universos servos eius, & cunctos sacerdotes ipsius vocare ad me: nullus sit qui non veniat, sacrificium enim grande est mihi Baal: quicumque defuerit, non vivet. Porro Iehu faciebat hoc insidiosè, ut disperderet cultores Baal.

20. Et dixit: Sanctificate diem solemnem Baal. Vocavitque

21. & misit in universos terminos Israél, & venerunt cuncti servi Baal: non fuit residuus ne unus quidem qui non veniret. Et ingressi sunt templum Baal: & repleta est domus Baal, a summo usque ad summum.

22. Dixitque his, qui erant super vestes: Proferte vestimenta universis servis Baal. Et protulerunt eis vestes.

23. Ingressusque Iehu, & Ionadab filius Rechab templum Baal, ait cultoribus Baal: Perquirite, & videte, ne quis forte vobiscum sit de servis Domini, sed ut sint servi Baal soli.

24. Ingressi suntigitur ut facerent victimas & holocausta: Iehu autem preparaverat sibi foris octoginta viros, & dixerat eis: Quicumque fugerit de hominibus his, quos ego adduxero in manus vestras, anima eius erit pro anima illius.

25. Factum est autem, cum completum esset holocaustum, præcepit Iehu militibus & ducibus suis: Ingremini, & percutite eos, nullus evadat. Percusseruntque eos in ore gladij, & proiecerunt milites & duces: & ierunt in civitatem templi Baal, & combusserunt.

26. & protulerunt statuam de fano Baal, & combusserunt.

27. & comminuerunt eam. Destruerunt quoque adem Baal, & fecerunt pro ea latrinas usque in diem hanc.

28. Delevit itaque Iehu Baal de Israël.

29. Verumtamen a peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israël, non recessit, nec dereliquit vitulos aureos, qui erant in Bethel, & in Dan.

30. Dixit autem Dominus ad Iehu: Quia studiosè egisti quod rectum erat, & placebat in oculis meis, & omnia quæ erant in corde meo fecisti contra domum Achab: filij tui usque ad quartam generationem sedebunt super thronum Israël.

31. Porro Iehu non custodivit ut ambularet in lege Domini Dei Israël in toto corde suo: non enim recessit a peccatis Ieroboam, qui peccare fecerat Israël.

32. In diebus illis cepit Dominus tædere super Israël: percussitque eos Hazael in universis finibus Israël.

33. a Iordane contra Orientalem plagam, omnem Terram Galaad, & Gad, & Ruben, & Manasse, ab Aroër, quæ est super Torrentem Arnon, & Galaad, & Basan.

34. Reliqua autem verborum Iehu, & universa quæ fecit, & fortitudo eius, nonne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Israël?

35. Et dormivit Iehu cum patribus suis, sepelieruntque eum in Samaria: & regnavit Ioachaz filius eius pro eo.

36. Dies autem, quos regnavit Iehu super Israël, viginti & octo anni sunt in Samaria.

37. Et dormivit Iehu cum patribus suis, sepelieruntque eum in Samaria: & regnavit Ioachaz filius eius pro eo.

38. Et dormivit Iehu cum patribus suis, sepelieruntque eum in Samaria: & regnavit Ioachaz filius eius pro eo.

CAPUT XI.

Athalia, auditâ filij morte, omne semen regium, præter Ioas, ferro extinguit, & regnum sibi usurpat; sed præcipiente Ioâda sacerdote, occiditur. & Ioas rex Iuda constituitur, destructis aris & imaginibus Baal.

1. Athalia verò mater Ochozia, videns mortuum filium suum, surrexit, & interfecit omne semen regium.

2. Tollens autem Iosaba filia regis Ioram, soror Ochozia, Ioas filium Ochozia, furata est eum de medio filiorum regis, qui interficiebantur, & nutriceum eius de triclinio: & abscondit eum a facie Athaliae: ut non interficeretur.

3. Eratque cum ea sex annis clam in domo Domini: porro Athalia regnavit super terram.

4. Anno autem septimo misit Ioâda, & assumens centuriones, & milites introduxit ad se in templum Domini, pepigitque cum eis fœdus: & adiurans eos in domo Domini, ostendit eis filium regis.

5. & præcepit illis, dicens: Iste est sermo, quem facere debetis: Tertia pars vestram introeat sabbato, & observet excubias domus regis. Tertia autem pars sit ad portam Sur: & tertia pars sit ad portam, quæ est post habitaculum scutariorum: & custodietis excubias domus Messa.

6. Duæ verò partes e vobis, omnes egredientes sabbato, custodiant excubias domus Domini circa regem.

7. Et vallabit eum, habentes arma in manibus vestris: si quis autem ingressus fuerit septum templi, interficiatur: cœritisque cum rege introeunte & egrediente.

8. Et fecerunt centuriones iuxta omnia, quæ præceperat eis Ioâda sacerdos: & assumens singuli viros suos, qui egrediebantur sabbatum, cum his qui egrediebantur sabbato, venerunt ad Ioâdam sacerdotem.

9. Qui dedit eis hastas, & arma regis David, quæ erant in domo Domini.

10. Et steterunt singuli habentes arma in manu sua a parte templi dextera, usque ad partem sinistram altaris, & ædis, circum regem.

11. Produxitque filium regis, & posuit super eum diademam, & testimonium: feceruntque eum regem, & unxerunt: & plaudentes manu, dixerunt: Vivat rex.

12. Verumtamen excelsa non abstulit: & edificavitque templum Domini, & edificavitque templum Domini, & edificavitque templum Domini.

13. Verumtamen excelsa non abstulit: & edificavitque templum Domini, & edificavitque templum Domini, & edificavitque templum Domini.

14. Verumtamen excelsa non abstulit: & edificavitque templum Domini, & edificavitque templum Domini, & edificavitque templum Domini.

2. Paral. 22. 10. Eodem anno M. 3120.

2. Paral. 23. 1. Anno M. 3126. Ant. Chr. 878.

13. Audivit autem Athalia vocem populi currentis: & ingressa ad turbas in templum Domini,

14. vidit regem stantem super tribunal iuxta morem, & cantores, & tubas propè eum, omnemque populum terræ lætantem, & canentem tubis: & scidit vestimenta sua, clamavitque: Coniuratio, coniuratio.

15. Præcepit autem Ioâda centurionibus, qui erant super exercitum, & ait eis: Educite eam extra septa templi, & quicumque eam secutus fuerit, feriatur gladio. Dixerat enim sacerdos: Non occidatur in templo Domini.

16. Imposueruntque ei manus, & impeerunt eam per viam introitus equorum, iuxta palatium, & interfecta est ibi.

17. Pepigit ergo Ioâda fœdus inter Dominum, & inter regem, & inter populum, ut esset populus Domini, & inter regem & populum.

18. Ingressusque est omnis populus terræ templum Baal, & destruxerunt aras eius, & imagines contriverunt validè: Mathan quoque sacerdotem Baal occiderunt coram altari. Et posuit sacerdos custodias in domo Domini.

19. Tulitque centuriones, & Cerethi & Phelethi legiones, & omnem populum terræ, deduxeruntque regem de domo Domini: & venerunt per viam portæ scutariorum in palatium, & sedit super thronum regum.

20. Letatusque est omnis populus terræ, & civitas conquievit: Athalia autem occisa est gladio in domo regis.

21. Septemque annorum erat Ioas, cum regnare cepisset.

CAPUT XII.

Ioas gazophylacij pecuniam ad sartatectâ templi instauranda expendit: Hazaeli autem regi Syriæ bellum contra Ierusalem paranti mittit omnes templi & palatij thesauros; tandemque a servis suis occiditur; cui succedit filius eius Amasias.

1. Anno septimo Iehu regnavit Ioas: & quadraginta annis regnavit in Ierusalem. Nomen matris eius Sebia de Bersabee.

2. Fecitque Ioas rectum coram Domino cunctis diebus, quibus docuit eum Ioâda sacerdos.

3. Verumtamen excelsa non abstulit:

adhuc enim populus immolabat, & adolebat in excelsis incensum.

4. Dixitque Ioas ad sacerdotes: Omnem pecuniam sanctorum, quæ illata fuerit in templum Domini a prætereuntibus, quæ offertur pro pretio animæ, & quam spontè & arbitrio cordis sui inferunt in templum Domini:

5. accipiant illam sacerdotes iuxta ordinem suum, & instaurent sartatectâ domus, siquid necessarium viderint instauratione.

6. Igitur usque ad vigesimum tertium annum regis Ioas, non instauraverunt sacerdotes sartatectâ templi.

7. Vocavitque rex Ioas Ioâdam pontificem & sacerdotes, dicens eis: Quare sartatectâ non instauratis templi? nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinem vestrum, sed ad instaurationem templi reddite eam.

8. Prohibitique sunt sacerdotes ultra accipere pecuniam a populo, & instaurare sartatectâ domus.

9. Et tulit Ioâda pontifex gazophylacium unum, aperuitque foramen desuper, & posuit illud iuxta altare ad dexteram ingredientium domum Domini, mitrebantque in eo sacerdotes, qui custodiebant ostia, omnem pecuniam, quæ deferebatur ad templum Domini.

10. Cumque viderent nimiam pecuniam esse in gazophylacio, ascendebat scriba regis, & pontifex, effundebantque & numerabant pecuniam, quæ inveniebatur in domo Domini:

11. & dabant eam iuxta numerum atque mensuram in manu eorum, qui præerant cæmentariis domus Domini: qui impendebant eam in fabricis lignorum, & in cæmentariis iis, qui operabantur in domo Domini,

12. & sartatectâ faciebant: & in iis, qui cædebant saxa, & ut emerent ligna, & lapides, qui excidebantur, ita ut impleteretur instaurationi domus Domini in universis, quæ indigebant expensa ad muniendam domum.

13. Verumtamen non fiebant ex eadem pecunia hydrice templi Domini, & fuscinulæ, & thuribula, & tubæ, & omne vas aureum & argenteum de pecunia, quæ inferebatur in templum Domini.

14. Iis enim, qui faciebant opus, dabatur ut instauraretur templum Domini: & non fiebat ratio iis hominibus, qui accipiebant pecuniam ut distribuerent eam

* Eodem anno M. 3126.

* Anno M. 3147. Ant. Chr. 857.

* Anno M. 3148.

eam artificibus, sed in fide tractabant eam.

16. Pecuniam verò pro delicto, & pecuniam pro peccatis non inferebant in templum Domini, quia Sacerdotum erat.

* Anno M. 3165. Ant. Chr. 839. 2. Par. 24. 23.

17. Tunc * ascendit Hazaël rex Syria; & pugnabat contra Geth, cepitque eam; & direxit faciem suam ut ascenderet in Ierusalem.

18. Quam ob rem tulit Ioas rex Iuda omnia sanctificata, quae consecraverant Iosaphat, & Ioram, & Ochozias patres eius reges Iuda, & quae ipse obtulerat; & universum argentum, quod inveniri potuit in thesauris templi Domini, & in palatio regis: misitque Hazaël regi Syriae, & recessit ab Ierusalem.

19. Reliqua autem sermonum Ioas, & universa quae fecit, nonne haec scripta sunt in Libro verborum dierum regum Iuda?

20. Surrexerunt autem servi eius, & cõniverunt inter se, percusseruntque Ioas in domo Mello in descensu Sella.

21. Iosachar namque filius Semaath, & Iozabad filius Somer servi eius, percusserunt eum, & mortuus est: & sepelierunt eum cum patribus suis in Civitate David, regnavitque Amasias filius eius pro eo.

CAPUT XIII.

Ioachaz rex Israël propter peccata sua gravissime afflictus a rege Syria, conversus ad Dominum liberatur; cui mortuo succedit filius Ioas, qui iuxta Elisei morientis vaticinium Syros ter devicit: mortui autem Elisei sepulchro iniectus quidam mortuus suscitatur.

* Anno M. 3148. Ant. Chr. 856.

1. Anno vigesimo tertio Ioas * filij Ochoziae regis Iuda, regnavit Ioachaz filius Iehu super Israël in Samaria decem & septem annis.

2. Et fecit malum coram Domino, secutusque est peccata Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israël, & non declinavit ab eis.

3. Iratusque est furor Domini contra Israël, & tradidit eos in manu Hazaël regis Syriae, & in manu Benadad filij Hazaël cunctis diebus.

4. Deprecatus est autem Ioachaz faciem Domini, & audivit eum Dominus: vidit enim angustiam Israël, quia attriverat eos rex Syria: & dedit Dominus salvatorem Israël, & liberatus est de manu regis Syriae: ha-

bitaveruntque filij Israël in tabernaculis suis sicut heri & nudistertius.

6. Veritamen non recesserunt a peccatis domus Ieroboam, qui peccare fecit Israël, sed in ipsis ambulaverunt: siquidem & lucus permansit in Samaria.

7. Et non sunt derelicti Ioachaz de populo nisi quinquaginta equites, & decem currus, & decem millia pedum: interfecerat enim eos rex Syria, & redegerat quasi pulverem in triturata area.

8. Reliqua autem sermonum Ioachaz, & universa quae fecit, & fortitudo eius, nonne haec scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israël?

9. Dormivitque Ioachaz * eum patribus suis, & sepelierunt eum in Samaria: regnavitque Ioas filius eius pro eo.

10. Anno trigesimo septimo ¶ Ioas regis Iuda regnavit * Ioas filius Ioachaz super Israël in Samaria sedecim annis.

11. & fecit quod malum est in conspectu Domini: non declinavit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israël, sed in ipsis ambulavit.

12. Reliqua autem sermonum Ioas, & universa quae fecit, & fortitudo eius, quo modo pugnaverit contra Amasiam regem Iuda, nonne haec scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israël?

13. Et dormivit Ioas cum patribus suis: Ieroboam autem sedit super solium eius. Porro Ioas sepultus est in Samaria cum regibus Israël.

14. Eliseus autem aegrotabat infirmitate, quã & mortuus est: descenditque ad eum Ioas rex * Israël, & flebat coram eo, dicebatque: Pater mi, pater mi, currus Israël & auriga eius.

15. Et ait illi Eliseus: Affer arcum, & sagittas. Cùmque attulisset ad eum arcum, & sagittas,

16. dixit ad regem Israël: Pone manum tuam super arcum. Et cùm posuisset ille manum suam, superposuit Eliseus manus suas manibus regis,

17. & ait: Aperi fenestram orientalem. Cùmque aperuisset, dixit Eliseus: Iace sagittam. Et iecit. Et ait Eliseus: Sagitta salutis Domini, & sagitta salutis contra Syriam: percutiesque Syriam in Aphec, donec consumas eam.

18. Er ait: Tolle sagittas. Qui cùm tulisset, rursus dixit ei: Percute iaculo terram. Et cùm percussisset tribus vicibus, & stetit,

19. iratus est vir Dei contra eum, & ait:

* Iuxta Prophetiam Elisei. Sup. 8. 12.

* Anno M. 3165. Ant. Chr. 839. ¶ Anno M. 3163. Ant. Chr. 841.

* Id est regi participes a patre factus est, qui nonnisi ab hinc ann. 2. moritur. Sup. v. 9.

* Anno M. 3165. non longè post patris exequias, ut videtur.

ait: Si percussisses quinque, aut sexies, sive septies, percussisses Syriam usque ad consumptionem: nunc autem tribus vicibus percutes eam.

20. Mortuus est ergo Eliseus, & sepelierunt eum. Latrunculi autem de Moab venerunt in terram in ipso anno.

* Eccli. 48. 14.

21. * Quidam autem sepelientes hominem, viderunt latrunculos, & proiecerunt cadaver in sepulchro Elisei. Quod cùm tetigisset ossa Elisei, revixit homo, & stetit super pedes suos.

22. Igitur Hazaël rex Syria afflixit Israël cunctis diebus Ioachaz:

23. & misertus est Dominus eorum, & reversus est ad eos propter pactum suum, quod habebat cum Abraham, & Isaac, & Iacob: & noluit disperdere eos, neque projicere penitus usque in praesens tempus.

24. Mortuus est autem Hazaël rex Syria, & regnavit Benadad filius eius pro eo.

25. Porro Ioas * filius Ioachaz tulit urbes de manu Benadad filij Hazaël, quas tulerat de manu Ioachaz patris sui iure praelij, tribus vicibus percussit eum Ioas, & reddidit civitates Israël.

* Anno M. 3168. Ant. Chr. 836. ad quam expeditionem iturus, viderunt Ieroboamum secundum suum filium, in regni consortium assumpsisse; ut est ratio in Ieroboami huius ann. 27. Azarias rex Iuda regnare cepisse intelligitur. Inf. 15. 1. ¶ Desinen. ann. M. 3165. * 2. Paral. 25. 1.

CAPUT XIV.

Amasias interfecit occisoribus patris sui Ioas, percussit Edom; sed hac victoria factus elatior, provocans ad bellum Ioas regem Israël, ab eo capitur, & Ierusalem diripitur: at Ioas regi Israël succedit filius Ieroboam, qui ab angustiis liberat Israël: cui succedit filius Zacharias: porro facta coniuratione adversus Amasiam regem Iuda a suis occiditur, cui succedit filius Azarias impius.

1. In anno secundo ¶ Ioas filij Ioachaz regis Israël regnavit Amasias filius Ioas regis Iuda.

2. * Viginti quinque annorum erat cùm regnare cepisset: viginti autem & novem annis regavit in Ierusalem, nomen matris eius Ioadan de Ierusalem.

3. Et fecit rectum coram Domino, veritamen non ut David pater eius. Iuxta omnia, quae fecit Ioas pater suus, fecit: nisi hoc tantum quod excelsa non abstulit: adhuc enim populus immolabat, & adolebat incensum in excelsis.

4. Cùmque obtinisset regnum, percussit servos suos, qui interfecerant regem patrem suum:

5. filios autem eorum, qui occiderant,

non occidit, iuxta quod scriptum est in libro legis Moysi, sicut praecepit Dominus, dicens: * Non morientur patres pro filiis, neque filij morientur pro patribus: sed unusquisque in peccato suo morietur.

7. Ipse percussit Edom * in Valle Salinarum decem millia, & apprehendit petram in praelio, vocavitque nomen eius Iestehel usque in praesentem diem.

8. Tunc ¶ misit Amasias nuncios ad Ioas filium Ioachaz, filij Iehu regis Israël, dicens: Veni, & videamus nos.

9. Remisitque Ioas rex Israël ad Amasiam regem Iuda, dicens: Carduus Libani misit ad cedrum, quae est in Libano, dicens: Da filiam tuam filio meo uxorem. Transieruntque bestiae saltris, quae sunt in Libano, & conculcaverunt carduum.

10. Percuties invalisti super Edom, & sublevavit te cor tuum: contentus esto gloria, & sede in domo tua: quare provocas malum, ut cadas tu & Iudas tecum?

11. Et non acquievit Amasias: Ascenditque Ioas rex Israël, & viderunt se, ipse & Amasias rex Iuda in Bethsames oppido Iudae.

12. Percussusque est Iuda coram Israël, & fugerunt unusquisque in tabernacula sua.

13. Amasiam verò regem Iuda filium Ioas filij Ochoziae cepit Ioas rex Israël in Bethsames, & adduxit eum in Ierusalem: & interrupit murum Ierusalem, a porta Ephraim usque ad portam anguli, quadringentis cubitis.

14. Tulitque omne aurum, & argentum, & universa vasa, quae inventa sunt in domo Domini, & in thesauris regis, & obsides, & reversus est in Samariam.

15. Reliqua autem verborum Ioas quae fecit, & fortitudo eius quã pugnavit contra Amasiam regem Iuda, nonne haec scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israël?

16. Dormivitque Ioas cum patribus suis, & sepultus est in Samaria cum regibus Israël: & regnavit Ieroboam filius eius pro eo.

17. Vixit autem Amasias, filius Ioas, rex Iuda, postquam mortuus est Ioas filius Ioachaz regis Israël quindecim annis.

18. Reliqua autem sermonum Amasiae, nonne haec scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Iuda?

19. Factaque est contra eum coniuratio in Ierusalem: at ille fugit in Lachis, & interfecerunt eum ibi.

* Deut. 24. 16. Eszech. 18. 20. * Anno M. 3177. Ant. Chr. 827.

¶ Anno sequenti regni sui 14. ut habet Ioseph.

* Anno M. 3194. Ant. Chr. 810.

20. Et asportaverunt in equis, sepultusque est in Ierusalem cum patribus suis in Civitate David.

* 2. Paral. 26. 1.

21. * Tulit autem universus populus Iudæ Azariam annos natum sedecim, & constituerunt eum regem pro patre eius Amasia.

22. Ipse ædificavit Elath, & restituit eam Iudæ, postquam dormivit rex cum patribus suis.

* Anno M. 3179. Ant. Chr. 825.

23. Anno quintodecimo Amasiæ * filij Ioas regis Iuda, regnavit Ieroboam filius Ioas regis Israël, quadraginta & uno anno:

24. & fecit quod malum est coram Domino. Non recessit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israël.

* Nam. 13. 21.

25. Ipse restituit terminos * Israël ab introitu Emath, usque ad Mare solitudinis, iuxta sermonem Domini Dei Israël, quem locutus est per servum suum * Ionam filium Amathi prophetam, qui erat de Geth, quæ est in Opher.

* Ioan. 1. 1.

26. Vidit enim Dominus afflictionem Israël amaram nimis, & quòd consumpti essent usque ad clausos carcere, & extremos, & non esset qui auxiliaretur Israël.

27. Nec locutus est Dominus ut deleteret nomen Israël de sub cælo, sed salvavit eos in manu Ieroboam filij Ioas.

† Mortuò Ieroboam, omnia in preeceps ruere cœperunt; prout in 7. & 8. cap. Amos prædictum fuerat. Quò turbulento rerum statu ad Azarias res est perducta; undecim annorum & dimidij continuatam spatium. Quod synchronismus Reg. hic postulat. V. Chron. nostram.

28. Reliqua autem sermonum Ieroboam, & universa quæ fecit, & fortitudo eius, quæ præliatus est, & quomodo restituit Damascus, & Emath Iudæ in Israël, nōne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israël?

29. Dormivitque † Ieroboam cum patribus suis regibus Israël, & regnavit Zacharias filius eius pro eo.

CAPUT XV.

Azarias leproso succedit filius Ioatham in Iuda, Zachariae autem in Israël succedit Sellum, & huic Manahem qui fit tributarius regi Assyriorum, & huic Phaceia, & huic Phacee; cuius temporibus Theglathphalasar devictam magnam partem Israëlitarum transtulit in Assyrios: huic succedit Osee: in Iuda autem mortuo Ioatham, succedit filius Achaz.

* Anno M. 3194. Ant. Chr. 810. V. sup. 13. 25.

1. Anno vigesimo septimo Ieroboam * regis Israël regnavit Azarias filius Amasiæ regis Iuda.

2. Sedecim annorum erat cùm regnare cœpisset, & quinquaginta duobus annis regnavit in Ierusalem: nomen matris eius Iechella de Ierusalem.

3. Fecitque quod erat placitum coram Domino, iuxta omnia quæ fecit Amasias pater eius.

4. Verūtamen excelsa non est demolitus: adhuc populus sacrificabat, & adolebat incensum in excelsis.

5. Percussit usque in domum regem, & fuit leprosus usque in diem mortis suæ, & habitabat in domo libera seorsus: Ioatham verò filius regis gubernabat palatium, & iudicabat populum terræ.

* 2. Paral. 26. 21.

6. Reliqua autem sermonum Azariae, & universa quæ fecit, nōne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Iuda?

7. & dormivit Azarias * cum patribus suis: sepelieruntque eum cum maioribus suis in Civitate David, & regnavit Ioatham filius eius pro eo.

* Anno M. 3246. Ant. Chr. 758.

8. Anno trigesimo octavo * Azariae regis Iuda, regnavit Zacharias filius Ieroboam super Israël in Samaria sex mensibus:

* Anno M. 3232. Ant. Chr. 772.

9. & fecit quod malum est coram Domino, sicut fecerant patres eius: non recessit a peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israël.

10. Coniuravit autem contra eum Sellum filius Iabes: percussitque eum palam, & interfecit, regnavitque pro eo.

11. Reliqua autem verborum Zachariae, nōne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israël?

* Sup. 10. 30.

12. * Iste est sermo Domini, quem locutus est ad Iehu, dicens: Filij tui usque ad quartam generationem sedebunt super thronum Israël. Factumque est ita.

* Anno M. 3233.

13. Sellum filius Iabes regnavit * trigesimo nono anno Azariae regis Iuda: regnavit autem uno mense in Samaria.

14. Et ascendit Manahem filius Gadi de Thersa: venitque in Samariam, & percussit Sellum filium Iabes in Samaria, & interfecit eum, regnavitque pro eo.

15. Reliqua autem verborum Sellum, & coniuratio eius, per quam tetendit insidias, nōne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israël?

16. Tunc percussit Manahem Thapsam, & omnes qui erant in ea, & terminos eius de Thersa. noluerant enim aperire ei: & interfecit omnes prægnantes eius, & scidit eas.

17. An-

† Hic Sardanapali videtur fuisse pater, ab eo Sardan - Phul dicti, sive Sar - daniel, ut Merodac Babylonius a Baladan patre, cognomen - tum Merodac - Baladan accepisse legitur. 2. Paral. 39. 1. Considera - trique an - nis ab Eu - sebio, Sardanapali & patris eius imp. assignatis; at - que ab in - tico Nabonassarum cum Sardanapali ex - itu coniun - cto, eidem retro nu - meratis hic ille ipse videri potest, qui prædicatione Ionæ ad respiscen - tiam per - ductus fue - rat.

17. Anno trigesimo nono Azariae regis Iuda regnavit Manahem filius Gadi super Israël decem annis in Samaria.

18. Fecitque quod erat malum coram Domino: non recessit a peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israël cunctis diebus eius.

19. Veniebat Phul † rex Assyriorum in terram, & dabat Manahem Phul mille talenta argenti, ut esset ei in auxillium, & firmaret regnum eius.

20. Indixitque Manahem argentum super Israël cunctis potentibus & divitibus, ut daret regi Assyriorum quinquaginta siclos argenti per singulos: reversusque est rex Assyriorum, & non est moratus in terra.

21. Reliqua autem sermonum Manahem, & universa quæ fecit, nōne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israël?

22. Et dormivit Manahem cum patribus suis: regnavitque Phaceia filius eius pro eo.

23. Anno quinquagesimo * Azariae regis Iuda regnavit Phaceia filius Manahem super Israël in Samaria biennio:

24. & fecit quod erat malum coram Domino: non recessit a peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israël.

25. Coniuravit † autem adversus eum Phacee filius Romelia, dux eius, & percussit eum in Samaria in turre domus regis iuxta Argob, & iuxta Arie, & cum eo quinquaginta viros de filiis Galanditarum, & interfecit eum, regnavitque pro eo.

26. Reliqua autem sermonum Phaceia, & universa quæ fecit, nōne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israël?

27. Anno quinquagesimo secundo Azariae regis Iuda regnavit Phacee filius Romelia super Israël in Samaria viginti annis.

28. Et fecit quod erat malum coram Domino: non recessit a peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israël.

29. In diebus Phacee regis Israël venit Theglathphalasar * rex Assur, & cepit Aion, & Abel Domum, Maacha, & Ianoë, & Cedes, & Asor, & Galaad, & Gallalam, & universam Terram Nephthali: & transtulit eos in Assyrios.

30. Coniuravit autem, & tetendit insidias Osee filius Ela contra Phacee filium Romelia, & percussit eum, & interfecit: regnavitque pro eo vigesimo anno † Ioatham filij Ozia.

31. Reliqua autem sermonum Phacee, & universa quæ fecit, nōne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israël?

32. * Anno secundo * Phacee, filij Romeliae regis Israël, regnavit Ioatham filius Ozia regis Iuda.

33. Viginti quinque annorum erat cùm regnare cœpisset, & sedecim annis regnavit in Ierusalem: nomen matris eius Ierusa, filia Sadoc.

34. Fecitque quod erat placitum coram Domino: iuxta omnia, quæ fecerat Ozias pater suus, operatus est.

35. Verūtamen excelsa non abstulit: adhuc populus immolabat, & adolebat incensum in excelsis: ipse ædificavit portam domus Domini sublimissimam.

36. Reliqua autem sermonum Ioatham, & universa quæ fecit, nōne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Iuda?

37. In diebus illis cœpit Dominus mittere * in Iudam Rasin regem Syriæ, & Phacee filium Romeliae.

38. Et dormivit Ioatham cùm patribus suis, sepultusque est cum eis in Civitate David patris sui, & regnavit Achaz filius Iseus pro eo.

CAPUT XVI.

Achaz filium suum per ignem consecrat idōlis: regibus quoque Israël & Syriæ Ierusalem obsidentibus, auxilium a rege Assyriorum missis muneribus obtinet, in cuius gratiam ablato Dei cultu diis Assyriorum sacrificat; cui succedit pius filius Ezechias.

1. Anno decimo septimo Phacee filij Romeliae regnavit Achaz filius Ioatham regis Iuda.

2. * Viginti annorum erat Achaz cùm regnare cœpisset, & sedecim annis regnavit in Ierusalem: non fecit quod erat placitum in conspectu Domini Dei sui, sicut David pater eius.

3. sed ambulavit in via regum Israël: insuper & filium suum consecravit, transferens per ignem secundum idōla Gentium: quæ dissipavit Dominus coram filiis Israël.

4. Immolabat quoque victimas, & adolebat incensum in excelsis, & in collibus, & sub omni ligno frondoso.

5. * Tunc ascendit Rasin rex Syriæ, & * Inai. 7. 1. Gg 2 Ph-

gniri voluit, Anno M. 3257. Ant. Chr. 747.

† Anno M. 3265. id est, anno 4. regni Achaz.

Turbis autem intervertentibus, regno statim potiri non potuit.

Repub. ad anarchiam quamdam per 9. ann. spatium recedente.

His autem compositis, regno tandem potitus est, ann. 12. regni Achaz.

In. 17. 1. * 2. Paral. 27. 1. * Anno M. 3246. Ant. Chr. 758.

* Inai. 7. 1.

* 2. Paral. 27. 1. * Anno M. 3246. Ant. Chr. 758.

* Inai. 7. 1.

* 2. Paral. 28. 1. * Anno M. 3262. Ant. Chr. 742.

* 2. Paral. 28. 1. * Anno M. 3262. Ant. Chr. 742.

* 2. Paral. 28. 1. * Anno M. 3262. Ant. Chr. 742.

* 2. Paral. 28. 1. * Anno M. 3262. Ant. Chr. 742.

* 2. Paral. 28. 1. * Anno M. 3262. Ant. Chr. 742.

* 2. Paral. 28. 1. * Anno M. 3262. Ant. Chr. 742.